



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

III. De libris prohibitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Concilio Tridentini decisas revidendi, ac in statu & terminis in quibus ante predictas sententias & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reassumendi, sineque debito terminandi, prout in aliis causis pendentibus indecisi per eosdem Cardinales Inquisitores juxta eorum facultates sit, fierique potest, & consuevit: Et insuper vestigiis scilicet. rec. Pauli Papae IV. praedecessoris nostri in harendo Constitutionem alias contra haereticos & schismaticos per eundem Paulum praedecessorem, sub data videlicet Romae apud sancti Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, 15. Cal. Martii, Pontificatus sui anno quarto editam, tenore praesentium renovamus, & etiam confirmamus, illamque invariabiliter, & ad unguem observari volumus & mandamus, juxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus & singulis supra dictis censemus, ac ita per praedictos & quoscunque judices, &c. sublata, &c. judicari, &c. debere. Irriguum, &c. perpetuo decernimus & declaramus.

TITVLVS IV.
DE LIBRIS PROHIBITIS.

Julius Tertius.

Hebraeorum scripturae, Thalmud, nullis portentis, commentis, & blasphemis in Christum & fidem Christianam referunt, damnatur.

CAP. I.

Iulius Papa III. universis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis alicuius locorum ordinariis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet alias venerabiles fratres nostri sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales haereticae pravitatis in universa republica Christiana Inquisitores generales certum Hebraeorum librorum volumen, Gemaroth a Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem divinam, orthodoxamque fidem offensentia continens, de mandato nostro damnaverint, & igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebraeos adhuc esse dicuntur diversis libri, diversas contra Christum Redemptorem nostrum, ejusque sanctissimum nomen & honorem blasphemias & ignominias continentes. Nos in praemissis opportune providere volentes, vobis, & vestrum cuilibet per praesentes committimus & mandamus, quatenus singulis universitatibus Hebraeorum infra limites jurisdictionis vestrae consistentibus ex parte nostra intumetis & notificetis, quod elapsis quatuor mensibus a die intimationis & notificationis hujusmodi, omnes & singuli libri, in quibus nomen Iesu Salvatoris nostri, quod Iesevi hanozri dicitur, cum blasphemis aut alias ignominiose nominatur, tam in eorum Synagogis & locis publicis, quam privatis domibus, & alias ubique locorum diligentissime exquirantur, & qui libros hujusmodi penes se quoquo modo habere reperti fuerint, debitis poenis, tam pecuniariis & confiscationis honorum, quam si eorum contumacia aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam ultimi supplicii, ac alias prout a fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, & nihilominus eisdem quatuor mensibus elapsis per vos, vel alium seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros hujusmodi cum omni diligentia inquiratis, & studiose investigatis, inquirique & investigari faciat, & eos quos

a Libros Thalmud, ut omni contumelia & blasphemis genere referri in veritatem Christianam, damnatur Gregorius IX. & Innocentius IV. & ex eius mandatis, propterea quod multis & horrendis haeresibus sceleret. Verumtamen hodie recogniti & expurgati Trident. Concilii decreto tolerantur.

libros hujusmodi penes se habere repereritis, poenis quibus apostatantes praefati puniuntur, omnino & irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cetero eosdem Hebraeos (qui in memoriam passionis Dominicae a sancta matre Ecclesia tolerantur, ut aliquando mansuetudine nostra alecti ad verum Christi lumen divino afflante spiritu, convertantur) a quibusvis etiam Apostolica auctoritate fungentibus, occasione cujusvis fortis librorum apud eos existentium (dummodo blasphemiam, ut praefertur, non contineant) nisi de nostro expresse mandato, quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quolibet & rebelles, ac vobis in praemissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia oportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Romae 29. Maji, Anno 1554.

Idem.

Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur haereticorum librorum lectio.

CAP. II.

Cum meditatio cordis nostri ad id potissimum tendat, ut fides catholica ubique augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quae omnis ab ea declinandi occasio tollatur. Sanè cum sicut nobis nuper innouit ex facultatibus, quae aliquibus ut libros haereticos aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi, tenere & legere possent, aliquando concessae fuerunt, non ii qui sperabantur fructus haecenus provenient, quinimo diversa inconvenientia subsequuta sunt: Nos praemissis occurrere, & Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostris certa scientia & matura deliberatione, omnes & singulas facultates & licentias legendi & tenendi libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu de fide suspectos, quibusvis personis cujusvisque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia majori dignitate Ecclesiastica, seu praeminentia praesulgeant (Inquisitoribus seu commissariis super haeretica pravitare ab Apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsa deputatione, dumtaxat exceptis) a quibusvis praedecessoribus nostris, ac nobis, & dicta sede Apostolica, seu ejus legatis, etiam de latere, aut majori poenitentiario nostro, vel quibusvis aliis, sub quibusvisque verborum formis & expressionibus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis clausulis, irritantibusque & aliis decretis quomodolibet etiam motu & scientia similibus haecenus concessas, Apostolica auctoritate tenore praesentium revocamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, irritis, & penitus infectis quoad omnia habemus, & ab aliis haberi volumus: Districtius inhibentes personis praefatis sub sententiis, censuris, & poenis contra similes libros tenentes aut legentes, tam a sacris canonibus, quam a nobis & sede Apostolica haecenus inflictis & promulgatis, ne de cetero facultatibus & licentiis praedictis uti, aut earum praetextu, seu alias quomodolibet libros praedictos, aut quoscunque alios haecenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere aut legere praesumant: Et insuper omnes & singulos librorum impressores, bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quascunque alias personas, libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis & dicta sede quomodolibet, reprobatos, ex quavis causa etiam ex nostra & dictae sedis speciali licentia seu permissione penes se habentes, cujusvisque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut praeminentiae existant,

RR 113



etiam si, ut praefertur, Pontificali aut alia quacunque etiam majori Ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant (dictis inquisitoribus & commissariis, ut praefertur, exceptis) dicta Apostolica auctoritate, & earundem tenore praesentium requirimus & monemus, ac eis & eorum cuilibet in virtute sanctae obedientiae, & sub incursu haeresis ac omnibus contra haereticos de iure inflictiis & promulgatam Ecclesiasticis quam temporalibus sententiis, censuris, & poenis, districte praecipiendo mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum à die publicationis praesentium, modo & forma infra scriptis faciendae computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio & pretemporario termino ac monitione canonica eis & eorum cuilibet in iis scriptis assignamus: omnes & singulos libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranos aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel à nobis & dicta sede quomodolibet reprobatos, penes se eos ex quavis causa, etiam mercaturae, & ex nostra ac ejusdem sedis permissione ac licentia etiam specialiter, ut praefertur, existentes, Inquisitoribus haereticae pravitatis in civitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse debeant realiter, & cum effectu. Ro. 3. Cal. Maji. 1550.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Libri typi non cedantur, nisi eorum editio suffragetur ordinarii auctoritas & approbatio.

CAP. III.

Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpetui cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostrae mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia lectionem possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus potissimum nostris, divino favente numine, inventa seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parva impensa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenio ad litterarum studia per commode exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, praesertim autem catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facile evadere possunt, qui etiam infideles sciant & valeant sacris institutis instruere, fideliumque collegio, per doctrinam Christiana fidei salubriter aggregare: Quia tamen multorum querela nostrum & sedis Apostolica pulsavit auditum, quod nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diversis mundi partibus, libros, tam Graecae, Hebraicae, Arabicae & Caldae linguarum in Latinum translatis, quam alios, Latino, ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide, ac perniciose dogmata etiam religioni Christianae contraria, aut contra formam personarum etiam dignitate fulgentium continentem, imprimere, ac publicè vendere praesumunt, ex quorum lectione non solum legentes non edificantur, sed in maximos potius tam in fide, quam in vita & moribus prolabantur errores, unde varia saepe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & majora indes exoriri formidantur. Nos itaque ne id quod ad Deigloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium salutem detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis seminibus spinae coalescant, vel medicinis venena intermisceantur: Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum huiusmodi eò prospere foret, quod deinceps indagare solentior diligentius & cautius adhibeatur: Statuimus & ordinamus, quod

de cetero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quacunque scripturam in urbe nostra quam aliis quibusvis civitatibus & diocibus, imprimere, seu imprimi facere praesumat, nisi prius abbe per Vicarium nostrum, & facti Palatii magistrum: in aliis vero civitatibus & diocibus, per Episcopum, vel alium habentem potestatem scientiae, libri seu scripturae huiusmodi imprimenda, ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem haereticae pravitatis civitatis, vel diocesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manus propria subscriptione, sub excommunicationis sententia, gratis & sine dilatione imponendam, approbentur: Quae autem secus praesumpserit, ultra librorum impressionem amissionem, & illorum publicam combustionem, ac duccatorum fabricae basilicae Principis Apostoli de urbe, sine spe remissionis suspensionem, excommunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingratum contumacia taliter per Episcopum suum, vel Vicarium nostrum respectivè, per omnia iuris remedia calligens, quod alii ejus exemplo similia minime attemptare praesumant. Rom. 4. Martii. 1555.

Pius Quartus.

Revocantur licentiae omnes, habentibus praeterquam Inquisitionis fidei, librorum suspectae fidei legendi, aut vendendi, proponenti, annuati.

CAP. IV.

Quia in futurorum eventibus adeo humani sollicitudo iudicii, ut quod verissimi cogitatione utile videbatur, progressu temporis damnosum apparuit: nonnunquam Romanus Pontifex, quod consilium obtutum esse videbatur, consultius revocavit, praeter tempus & personarum qualitate pensata in Domino consensu salubriter expedire; Innovit siquidem nobis, quod universi tam clerici seculares, & diversorum ordinum regulares, quam laici, qui se Lutheranos, & alios huiusmodi haereticis resistere, & eorum errores ac falsas opinionum confutare posse praesumebant, & ad hoc ipsorum haereticorum librorum legendi facultatem sibi à sede Apostolica concedi extorserant, selectioni librorum huiusmodi dederunt, ut propria innitentes prudentia, & recta Domini via aberrantes, ipsorum haereticorum sententias, & superstitiosas ac falsas adventionibus iterum removersent, & qui alios ab erroribus revocare tenerent, non trabantur, ipsi in puteum interitus prolapsi sint. Nos considerantes, quod Spiritus ubi vult spirat, & quod bene ejus numine nullum bonum proevenit, propterea scimus esse cum simplicitate cordis ad eum recurrere, & cum ejus adiutorio orthodoxam fidem in catholicis & à sancta Romana Ecclesia approbatis libris exquirere, quàm falsitates haereticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes praesentibus inconvenerentibus, quantum cum Deo possumus, occurrere, & ne similia de cetero contingant, opportune providere, omnes & singulas licentias & facultates legendi librorum haereticorum, seu de haeresi suspectos, aut à nobis, seu generalibus deputatis Inquisitoribus damnatos & reprobatos, quibus licentia tam clericis secularibus, vel, ut praefertur, regularibus, quam laicis cujuscunque status, gradus, ordinis conditionis, & praesentis existant, etiam si Abbatiales, Episcopales, Archiepiscopales, Patriarchales, primatiales, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, seu etiam Cardinalatus honore, vel mundana etiam Marchionatus Ducali, Regia, vel Imperiali auctoritate, seu excellentia praefulgeant (generalibus Inquisitoribus praesentibus duntaxat exceptis) per quoscunque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos, etiam viva voce occurrentes, sedem praedictam, seu ejus poenitentiarium, majorem, vel quosvis ordinarios, aut diocesanos, seu alios, etiam

per literas Apostolorum in forma brevis, seu sub plumbo expeditas, sub quibuscuque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac ex quibuscuque causis seu pretextibus, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, & alias quomodolibet concessas, Apostolica auctoritate, tenore presentium, revocamus, cassamus, irritamus & annullamus, ac vixibus penitus evacuamus, & pro revocatis, cassis, irritis, & nullis haberi, easque nemini suffragari posse aut debere decernimus, omnibus & singulis clericis & laicis, etiam, ut praefertur, qualificatis, non tamen generalibus Inquisitoribus praefatis, aut quibus hoc per nos specialiter injunctum fuerit, S. R. E. Cardinalibus, in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis latae sententiae, aliisque sententiis, censuris & poenis Ecclesiasticis, & etiam temporalibus, in legentes libros hujusmodi haecenus latis & promulgatis, a quibus non nisi a nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu singulis Inquisitoribus praedictis, praeterquam in mortis articulo, absolvi possunt, districtius inhibentes, ne libros hujusmodi ex quavis causa vel pre-textu, publice vel occulte, quovis ingenio vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere praesument, ac mandantes eisdem sub censuris & poenis praedictis, ut infra terminum, eis a singulis Inquisitoribus hujusmodi per eorum publicum editum locis assignandum publicis statutum, libros ipsos officio inquisitionis haereticae pravitatis hujusmodi omnino consignent; Et qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciverint, id quod sciverint, ac nomina & cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimendum, aut venales habentium, & qualitatem eorundem librorum praedictorum officio omnino reveleant & notificent, Romae 12. Decembr. 1564.

Fus IV. Ex Concilio Tridentino.

Libri haereticorum pessimissimi & contagiosi sunt non solum simplicibus, verum etiam bonis & doctis, nec ulla est via qua magis possit occurrere haereticis in populo orantur, & ne exorta ultra grassentur, quam si tales libri, ex quibus haereticis venenum facile emanans qua videre possit, prohibeantur.

CAP. V.

Domini gregis custodia Domini disponente praepositi, vigiliis more pastoris non desistimus ipsi gregi ab imminenti periculis, quanta maxima possumus cura & diligentia praecavere, ne propter negligentiam nostram pereant oves, quae praeciosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptae. Et si autem quae ad fidei veritatem pertefaciendam, & ad horum temporum haereses confutandas pertinebant, in oecumenico & generali Concilio Tridentino, Sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt, ut facile jam sit unicuique, sanam catholicamque doctrinam a falsa adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab haereticis editorum electio non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum saepe etiam doctos eruditosque in varios errores, & a veritate fidei catholicae alienas opiniones inducere: huic quoque rei esse durum remedium esse cernimus, si componeretur atque ederetur index sive catalogus librorum, qui vel haeretici sint, vel de haeretica pravitate suspecti, vel certe moribus & pietati noceant, id negotium ad sacrum Tridentinum a Synodum referretur. Ea vero ex tanta Episcoporum & aliorum doctissimorum virosum copia delegit ad eum consiciendum indicem multos cum doctrina tum judicio

a Concil. Trident. sess. 18.

insignes Praelatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, eum Indicem tandem, Deo juvante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Prae adio autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decretis Index nobis oblatus fuisset, ut ne ante ederetur, quam a nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam probatissimisque Praelatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum in magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & praeterea commodissime digestum esse cognoverimus: Nos salutis animarum consulere, eamque ob causam providere cupientes, ne libri & scripta cuiuscunque generis, quae in eo improbantur, sive ut haeretica, sive ut de haeretica pravitate suspecta, sive ut pietatis ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac a Christi fidelibus legantur, ipsum Indicem, una cum regulis ei praepositis, auctoritate Apostolica, tenore presentium, approbamus, imprimimus, ac divulgari, & ab omnibus universitatibus catholicis, ac quibuscuque aliis ubique suscipi, easque regulas observari mandamus atque decernimus. Inhibentes omnibus & singulis tam Ecclesiasticis personis secularibus & regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis & dignitatis sint, quam laicis quocunque honore ac dignitate praeditis, ne quis contra earum regularum praescriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis libros illos legere, habere, vel audeat. Si quis autem adversus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui haereticorum libros, vel cuiuscunque auctoritatis scripta praeter haeresim, vel falsi dogmatis suspensionem damnata atque prohibita legerit, habuerit, ipso iure in excommunicationis poenam incidat: eamque ob causam in eum tanquam de haeresi suspectum inquiri, & procedi liceat, praeter alias poenas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habuerit, praeter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severe se noverit puniendum. Romae 24. Mart. 1564.

Gregorius XIII.

Librorum prohibitorum lectio neg. ipsi sacra Theologiae professoribus ad convincendos errores, neg. alios quibuscuque, demptis Inquisitoribus conceditur.

CAP. VI.

Um pro munere, quod sustinemus, id praecipue nobis propositum habeamus, & omni studio, diligentia, cureque, ut omnes Christi fideles tam gravibus calamitosisque temporibus in recta & catholica fide contineamus, id agere & providere necesse est, ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasione subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet, si Romanus Pontifex nonnunquam facultates aliquas, quas ipse vel praedecessores eius probabili aduerti ratione concesserint, postea revocet, cum ipso reum usu edoctus animadverterit, eas iustiore de causa esse revocandas. Ad notitiam nostram pervenit, ex data nonnullis licentia habendi & legendi libros haereticos aut de haeresi suspectos, ad haereses & errores, qui in eis libris continebantur, resellendos, non raro evenire solere, ut illis ipsis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessum fuerit, ut aliis prodesse possent, ut illis ipsis haereticis & erroribus propter humanam mentis imbecillitatem eos implicans, a quibus se alios revocatos esse consili fuerant. Huic rei providere, & animarum periculo, quantum fieri potest, pro pastoralis sollicitudine occurrere cupientes, cogitantibusque nobiscum, nuper in sacro generali Concilio haereses horum temporum ita cofutatas atque damnatas fuisse, ut tantae Synodi auctoritas, cujus decreta hujus sanctae sedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata & comprobata sunt, ad vitandos errores, & catholicae fidei



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veritatem agnoscentem sufficere omnibus debeat, nec ullius præterea confutatio requirenda sit, prædecessorum nostrorum præsertim sceleris recordat. Iulii Tertii, & Pauli Quarti vestigiis insistentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac deliberatione matura, omnes & singulas facultates habendi & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hereticorum, seu de hæresi suspectos, omnibus tam clericis secularibus aut regularibus, quam laicis cujuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis sint, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia majori Ecclesiastica seu seculari dignitate præfulgeant, (Inquisitoribus & commissariis hæreticæ pravitatis à sede Apostolica deputatis, quoad eo officio fungentur, exceptis) à nobis aut quocunque prædecessorum nostrorum seu Apostolicæ sedis legatis, majorive poenitentiario vel quibuscunque aliis quibuscunque verborum formis & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis quomodolibet etiam motu & scientia simili ad hoc tempus concessa, auctoritate Apostolica tenore præsentium revocamus, & pro revocatis & irritis, perinde ac si nunquam concessa fuissent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus sub censuris, sententiis & poenis, tam à sacris canonibus, quam à sede Apostolica ad hoc tempus constitutis in eos, qui hujusmodi libros legant aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus uti, nevé ullos omnino libros hujusmodi improbatos & prohibitos, aut in posterum à sede Apostolica, Inquisitoribusve hæreticæ pravitatis, aut locorum ordinariis improbari, prohiberi que contigerit, legere, habereve quacunque de causa audeat. Impressores & Bibliopolas, & alios, quicunque ejusmodi libros, habent, habuerintve (Inquisitoribus & commissariis iisdem duntaxat exceptis) monemus, & cuilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub poena incursum criminis hæresis, & aliis contra hæreticos à jure inflictis & irrogatis, tam Ecclesiasticis quam temporalibus sententiis, censuris, & poenis præcipimus, ac mandamus, ut eos libros intra 60. dies à die quo hæc litera publicata fuerint numerandos, quorum 20. pro primo, alios 20. pro secundo, reliquos 20. pro tertio ac peremptorio termino, & monitione canonica eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in civitatibus, in quibus illi libri sint, tradant atque consignent.

TITVLVS V.
DE LIBELLIS FAMOSIS.

Pius Quintus.

Librorum famosorum auctores virulentissimis injuriis aliena fama clam detrahentes, & quædam publicaverunt, dolore malo retinuerunt, poenis iure constitutis subsistantur.

CAP. I.

Romani Pontificis providentia circumsperta ad ea sollicitudinis suæ partes potissimum convertit, per quæ inter singulos gregis ejusdem fideles, præsertim verò nobis & Romanæ Ecclesiæ subditos, pax & concordia consoventur, seditiones evitantur, scandalis obviatur, & animarum salus procuratur. Cum itaque iracundia sit perturbatio immanis, affectio dura, violenta potentia, cardium causa, calamitatis socia, jacturam concilians & dedecus, pecuniarum perniciis, atque perditionis origo, eaque potissimum ex injuriis verbo, vel scriptis, vel factis illatis nascatur: Nos qui non sine maxima mentis nostræ perturbatione sæpenuerò accepimus, quod licet tam per sacras leges, quam canonicas sanctiones, sub certis etiam gravissimis poenis prohibitum fuerit, ne quis famosum libellum componere audeat, & repertum sine domi, sive in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne consumere teneatur, prius

quam alter inveniat, & nulli fateatur invenitum, de quo secus fecerit quasi auctor hujusmodi delicti, eorum poenis subiacet: nihilominus considerando, quod in hac crescente malitia, quam plures iniquitatis filii, & seditionis alumni, poenas prædictas parvipendentes, eorum variis fraudibus evitare satagentes, auli temeritate erubescunt variis modis nonnullis Principes & Prælatos nobiles, publicas & privatas personas variis inventis convitiis afficere, eorumque fama & honori detrimere sub quodam ficto colore quarundam literarum inter auctore scriptarum, nedum ab urbe nostra, sed etiam diversis provinciis, in quibus nedum ea que in utraque regione successerunt narrantur, sed etiam quæ futurum quodam eorum temerario judicio fore optinatur, adeo ut plerumque odia, inimicitia, seditiones, tum & homicidia perculsa oriatur, in divina maiestatis offensam, animarum periculum, perniciosa operum exemplum, & scandalum plurimorum. Volentes præmissis quantum postulum obviare, considerantes atque quod plures poenarum gravitas quam Dei timor etiam solet à voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præsumptuos facinorosos homines atrocibus poenis terroscere, ut auctus poenæ meta hujusmodi præsumptionis exeat, hoc perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto poenis omnes tam temporales, quam Ecclesiasticas, in tali poenis per futurus temporibus nemo cujusvis qualitatis, dignitatis etiam Ecclesiasticæ, status, gradus, ordinis, & prærogative nentis fuerit, audeat nec presumat libellos famosos, nec literas monitionis, vulgo appellatas, Litteras de his, continentibus convitia, injurias, vel famæ & honoris cuius læsionem, nec aliquam scripturam in qua de rebus successibus differatur, vel ea que coram nobis vel aliis ad universalis Ecclesiæ status regimen deputatis tractantur, revelentur, componere, dicere, scribere, exemplaria retinere, nec aliquo transmittere, etiam si aliunde ab aliis provinciis, civitatibus, terris & locis ad eorum manus pervenerint, sed itam quod aliqui aliquos miles libelli, literæ, sive scripturæ, aliquid de rebus fecerint statim quod illos seu illas habuerint, antequam vultu eorum manifestaverit, corrumpere, seu igni tradere, vel dilecto filio nostro Cardinali Rusticaccio consignare, etiam si volumus, ac aliis etiam gravioribus, etiam aliis supplicii, & confiscationis bonorum, seu aliam qualiter fieri ceteri & personarum, arbitrio nostro intermissibiliter intelligendis, quibus poenis etiam eos ligare volumus, qui in hujusmodi libellis, literis, seu scripturis de aliquo obloquuti fuerint, alicujusque fama & honori, vera etiam ex primendo, detraxerint, ac ea que coram nobis vel aliis ut supra secretò tractantur, revelaverint: ex hoc eodem animo deprehenditur pravis injuriis & nocendi, atque ideò eos eadem poena tenentur conveniri. *Id. M. noch. de arb. jud. cent. 3. cap. 163.*

Gregorius XIII.

Infames sint & ad trivium damnentur qui scripta ex aliena centumeliam componunt, & de rebus incerti & pergrina rumores spargunt.

CAP. II.

Est rerum humanarum insolentia, ut non vetera tantum vicia pertinaciter advenit sus omnem legum sanctorum solertia luculentur, & quamvis acerbis compressis suppliciiis renascantur, sed nova etiam indies, & superioribus seculis ignota succrescant. Quo nos, pro injuriis nobis divinitus munere, diligentius admitti par est, ut illi